



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

2. De cohabitatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

& odium vel rixas commoueat, quare in tali casu  
plerunque etiam obligatur ad reddendum.

## C A P. II.

*De mutua coniugum cohabitatione.*

**H**Æc est altera coniugum obligatio ad bonum matrimonialis fidei spectans, videlicet, ut cohabitent, mutua obsequia praestent in administranda re familiari educanda prole, adquæ proinde ab utroque magistratu cogi possunt. Porro cum vir sit caput mulieris, ac familiæ Ephes. quibus perinde imperare potest, quæ ad conuenientem domus administrationem spectant.

**2.** Maritus vxorem & familiam alere debet: Nam ob hanc causam dotem accipit, si autem pauperem duxit ibi imputet, nihilominus eam alere tenetur. Veriuntamen indotata vxor magis tenetur laborare, quam dotata; sin dos marito expresse, vel tacite promissa sed non soluta fuerit licet is vxori nihilominus cohabitare teneatur, & coniugij debitum reddere non tamen eam alere obligatus est, nisi inops sit, & à parentibus ali non possit: cum etiam vice versa vxor diues marito inopis alimenta praestare cogatur, præterea vxorem à marito sine necessaria causa recedentem maritus alere non tenetur, quamvis dotem ab ea accepit, *Qui enim non facit quod debet, non recipit, quod operatur.* Vxoris autem officium est, ut maneat in cōsortio & obsequio viri. Quare si id præstare nolit, meritò ei alimenta subtrahuntur. Secus est, si ob vi-  
ri sœ uitiam, aliamue eius culpam recesserit.

Item

Item si ob aliam causam discedere compulsa  
V.C. ob mariti amentiam, morbum contagiosum  
relatam ob proprium delictum in exilium missa.  
In eiusmodi casibus maritus ad alimenta ipsi  
restanda obligatur.

N.B. In defectum mariti ad vxorem & fami-  
liam alendam obligatur pater mariti alimenta mi-  
litare. Quod si vxor ob culpam suam puta adul-  
terij, reiecta a marito per diuortium, bona aliun-  
um non habeat ad sui sustentationem, tunc ad iu-  
rem pertinet, ei a marito necessaria obtinere,  
dotem mulieris in delicti pœnam lucrari velit.

Vir domicilium arbitratu suo eligit ac murat, 3  
et autem eum sequi debet, iuxta unaquaque 13  
unaquaque mulier sequatur virum suum siue in vita  
in morte. Quæ causa est, cur vxor acquirat forū  
viri sui. Item quod dos non exigatur in loco  
contraictus, sed domicilij quod maritus tunc ha-  
bit Sed limita primò, si in partis matrimonialibus  
utus locus habitationi constitutus fuit, non po-  
t deinde maritus discedere, nisi causa de nouo  
perueniens, & ante non præuisa id exigat. Secū-  
si sine magno inconmodo animi & corporis  
formarum maritum sequi non possit, quod etiam ob-  
staculum, quod maritus ad bellum, aut longam  
regrinationem proficiuntur, secus si facile sequi  
possit, tunc enim ius matrimonij id postulat, vel  
si mulier sciens tali viro nupserit, ideoque tali  
rotacitate se ad id obligauit; tunc comitari debet,  
sine animæ periculo possit.

N.B. Licet vir & vxor in eo iure pares sint, quod  
vix absq; cōsensu alterius ad longū tempus di-  
cere debeat, nisi in necessitate V.C. si princeps

III 3 mari-

maritum ad bellum euocet. Attamen in hoc ma-  
ritus superior est vxore, quod ille arbitratus et dom-  
iam vxore inuita breuem instituere possit pere-  
grinationem, sed non vice versa vxor sine necessi-  
tate absq; viri consensu peregrinari potest.

4 Coniunx coniugem exulantem, si nihil contra modum  
fidem matrimonij peccauit, sequi debet nisi mor-  
ralis impotentia seu difficultas excusat. Fateor ta-  
men, frequentius occurrere posse causam, ob qua-  
tale vxoris infortuniū maritus sequi non teneatur.

5 Coniunx coniugem ab alia persona retentum sian  
vindicare sibi potest.

6 Marito concessum est, vxorem delinquentem  
moderate castigare, moderatiū, quam liberos debet.  
Et si <sup>enim</sup> viro subdita sit, est tamen socia & ad-  
iutrix, domesticæ administrationis, ideoque quo-  
dammodo par: Quod si vxor grauissimè deliquit,  
acris castigatio iudici committenda est.

7 Suppono, quod punire alterum per modum  
vindiictæ actus ~~est~~ iurisdictionis ad potestatem  
superiorem pertinens comparationi subditorum prop-  
qua potestas iurisdictionis exinde quasi naturali-  
ter promanat, quod plures homines in unam so-  
cietatem vel familiam coeunt, non enim posset  
talis potestas diu conseruari, nisi esset in ea pot-  
estas coercendi, & puniendi singulos tanquam linq-  
membra totius corporis, si à rectitudine honesta-  
tis declinet. His suppositis dico, quod paterfami-  
lias habeat ius delicta domesticorum moderatæ,  
& leuitet puniendi. Ratio, quia potestas punien-  
di prouenit ex conditione communilitatis; Qua-  
re cum ciuitas seu Resp. sit perfecta communitas,  
ideo qui præsunt ciuitati, habent potestatem

inf-

in hoc ma- inferendi pœnas graues mortis. At verò familia  
ratu suo et domus est communitas imperfæcta , quare , qui  
ossit pere- pœnas graues mortis. At verò familia  
ne necessi- patiuè etiam materfamilias habent potestatem  
test. coercendi & pœnas inferendi domesticis, tantum  
nihil contra modo leues? cuiusmodi est V. C. subtractio cibi,  
et nisi mo- verberatio aliqua spectata personæ qualitate.

Fateor ta- Carcerem priuatum constituere sub capit is  
am, ob quipœna prohibitum est cæsareo iure , non prohibe-  
nt teneatur tamen paterfamilias in casu alicuius delicti  
a retentum filiam, vel seruum ad breue tempus includere , et-  
upunitionis causa.

Inquentem in punitione domesticorum tria concurrere <sup>9</sup>  
am liberos, debet Primò causa puniendi, in tantum , ut pœ-  
socia & ad- na com- sensuretur delicto, atrocia crima etiam  
coque quo- potest paterfamilias punire, sed leuiter, & intra li-  
è deliquit, mites potestatis sue, ne interea magistratui ius pu-  
blicè punieni integrum maneat si ad eius tribu-  
er modum nal deferatur. Seundò conditio personæ puni-  
potestatem lis: Nam sunt quælam personæ domesticæ , quas  
subditorum propter ætatis maturitatem & status libertatem  
si naturali- non decet verberare, sicut nec mechanici, qui pro-  
in vnam so- constituta mercede laborent à magistris suis ver-  
enim posset berare patiuntur. Tertio Recta intentio punien-  
in ea pot- ris videlicet non ex odio, sed ex charitate erga de-  
s tanquam inquentem ut emendetur.

Frater alijque propinquilice natu maiores, nō <sup>10</sup>  
paterfami- habent ius puniendi consanguineos propter de-  
moderate, fectum superioritatis. Excepto , si eorum curæ ac  
as punien- potestati seu expressè seu tacite cōmissi sint , V.C.  
catis; Qua- fratres pueri in domo fratris, ætate maioris habi-  
mmunitas, tantes.

Nota tamen per modum correctionis potest  
Iiii 4 frater

frater V. C. sororem moribus leuem etiam si curæ specialiter non commissa sit, coercere & castigate ad cauenda damna sorori impendentia, si non castigetur.

NB. Vxor plebea tenetnr coquere, lauare, non verò nobilis, eiusmodi enim labores seruiles decent statum eius. Alias obseruandum, quod quicquid mulier V.C. nendo lucratur, sibi acquirit; maritus enim tenetur eam alere ex dote, quod si indotata nupserit, aut ex materia à marito subministrata aliquid conficit, tunc opus ad maritum spectabit.

## C A P. III.

*De fidei thoris seruanda.*

**H**Æc est tertia obligatio ad bonum fidei coniugalis pertinens, ut coniunx ad aliam personam copulandi causa non accedat, quamdiu coniux eius viuit. Vnde ad alias iuptias transire non licet, priusquam certum nūcium, aliamue moralē certitudinem non minus nuncij aut testis solum acceperit de morte mariti: Ratio est, quia quamdiu non habetur moralis certitudo, sed dubium aliquid maneret de coniugis morte periculum est, ne secundum matrimonium inualide contrahatur, & fornicatio consummetur. Ergo tunc interim pars tenenda & à nuptijs abstinendum est.

**2** Propter probabilem non certam credendi causam, quod coniunx mortuus sit, non est alteri coniungi, saltem in externo foro permittendū ut m-

erimo;